



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 43. Pax Regem inter & Delphinum redintegrata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



terea mandavit Ecclesiarum Curatis, ut hoc statutum publicarent, ac populo exponerent, ne fidelium quisquam ignorantiam obtendere valeret. Hæc Synodus celebrata est in Ecclesia Cathedrali Avenionensi die septima Mensis Septembris Anno Incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo Pontificatus Callisti tertio; illius autem autographum in Bibliotheca illustrissimi Episcopi Vasionensis asservari testatur Pater Labbeus.

Sæcul. XV.  
A.C. 1457.

§. XLIII.

*Pax Regem inter & Delphinum restituta.*

Interea Rex Galliarum, cum Delphinus ad Burgundum se recepisset, cuncta Delphinatus loca occupabat, urbesque ad confinia Ducis Burgundiæ sita novo præsidio firmabat, postea vero omnibus harum regionum incolis quodcunque consortii genus cum Filio suo interdixit, simulque prohibuit, ne eum inconsulto Patre ullatenus exciperent. Burgundiæ Dux hac agendi ratione non modice turbatus hæsit, veritus, ne forte Rex Filium suum intra Burgundiæ ditionem armata manu extrahere meditaretur; Cum igitur Dux ad ejusmodi vim vi repellendam sese compulsus iri præfererat, Pa-

Joa. Chart.  
Hist. Car.  
VII. pag.  
288. & seq.



Sæcul. XV. A.C. 1457. trem Filio reconciliare omni ope & ope-  
 ra contendit, atque hanc in rem Joannem  
 de Croy, & Simonem de Lana in Gal-  
 lias ablegat, qui ipsum ab omni culpa ob-  
 receptaculum Delphino concessum apud  
 Regem liberabant, Patrisque clemen-  
 tiam, si Filium suum in gratiam recipe-  
 ret, summopere commendandam edice-  
 bant, tandemque Regi exponebant, quod  
 Delphinus contra Turcas pugnaturus,  
 Hungariam petere firmo constituisset a-  
 nimo; igitur iidem ad hoc iter necessa-  
 rias copias, atque pecunias a Rege ef-  
 flagitabant. His Rex respondit, ea, quæ  
 Burgundiæ Dux Filio obsequiose præsti-  
 tisset, sibi plene probari, seque Fi-  
 lium in gratiam recipere paratum esse,  
 quamprimum ipse officii sui memor, di-  
 missis a suo obsequio quibusdam Viris,  
 obsequentis Filii partes explere promise-  
 rit. Ceterum præsentibus rerum, Regni-  
 que vicissitudines obstare, quominus Del-  
 phinum iter in Hungariam aggredi, con-  
 sultum esset, eo maxime, quia Angli,  
 Galliarum Regni hostes, ex absentia No-  
 bilium, atque copiarum, quæ Filium co-  
 mitarentur, facile Regnum invadendi op-  
 portunitatem caperent; non enim Del-  
 phinus adeo peregre proficisci posset, ni-  
 si eum validus miles, talisque, qui  
 tantum Principem, proximumque Regni  
 hæredem decet, comitatus stiparet. Hoc  
 Regis

*Lalain*



Regis responsum, licet æquitate firma- Sæcul. XV.  
 tum, Delphino displicuit, qui mutato con- A. C. 1457.  
 festim consilio in Belgio hæerere decre-  
 vit, conjugemque suam Carolinam  
 ejusdem Ducis Filiam, quam hucus-  
 que nunquam viderat, ex Sabaudia ac-  
 cersiri jussit. Hæc adventum suum nil  
 cunctata, & connubii jure usa, tertio ex  
 post anno Filium procreavit, tenera ad-  
 huc ætate fatis ereptum. Ceterum Del-  
 phinus haud diu quietus in Brabantia  
 substitit, sed brevi inter Burgundiæ Du-  
 cem, ejusque Filium dissidiorum telam  
 exorsus est, cum Proceres ex nobilissi-  
 ma Familia de Croy ortos, qui Patris  
 animo dominabantur, ad suas partes per-  
 traheret, eosdemque adversus Ducis Fi-  
 lium, qui illos ferre non poterat, consilio  
 & opera tueretur.

## §. XLIV.

*Richardi Eboracensis Ducis summum  
 in Angliam imperium.*

Richardus Eboraci Dux, cæsis fugatis- Polyd. Vir-  
 que regiis copiis, semper Regem si- gil. hist.  
 bi tanquam tutori obnoxium tenuit, re- Angl. ad  
 gnumque cum summo imperio admini- hunc ann.  
 stravit. Præprimis Henricum compu-  
 lit, ut ad Londinensem urbem Sena-  
 tum convocaret, qui quidem primum Re-  
 gis honori consulturus, rei male admi-

Kk 5

nistra-